



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 117. Nebrissensis opera.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

Sæc. XVI.  
A.C. 1523.

§. CXVII.

*Nebrissensis opera.*

Baillet. ju-  
gem. des  
Scav. tom. 3.  
pag. 81.

Posteritati reliquit Nebrissensis Lexicon Latino- Græco- Hebraicum & Rheticam ex Aristotele , Cicerone , & Quintiliano excerptam , necnon vari- os commentarios in Virgilium , Persium , Juvenalem , & Plinium , item in hym- nos Prudentii edidit . Insuper tractatus de ponderibus , mensuris , & prisorum numeris scripsit , & Cosmographiam , Lexicon de jure , & Medicina : duas de- cades rerum a Ferdinando & Isabella Ca- tholicis Regibus gestarum , necnon duos li- bros de bello Navarrico composuit . Ce- teris vero Theologicis ejus operibus pal- mam præripuit ipsius *explanatio critica* in sacrae Scripturæ loca , quam in centum quinquaginta animadversiones divisiit , earum tamen nonnisi quinquaginta ad nos pervenerunt Parisinis , Antwerpianis , ac Basileensibus literis excusæ , ac libro de magnis Angliæ criticis in- fertæ habentur . Ibidem exponit singu- lares verborum sensus , propriaque no- mina , quorum in sacro Codice occur- rentium significatio vel incognita , vel perperam a latino interprete versa fuit . Crisini adhibet in hoc opere ingenti pro- fusa eruditione copiosam , ac curiosissi- mis

mis profanorum Scriptorum citationi- Sæcul. XVI  
A.C. 1523.  
bus refertam. Adscribuntur etiam  
eidem quædam Homiliæ , expositio  
hymnorum & Orationum , quæ in  
Ecclesia decantari solent. Præterea  
quosdam ex epistolis D. Pauli , S. Petri  
& SS. Jacobi & Joannis , necnon ex  
Prophetis textus dilucidavit , ac collec-  
tionem Homiliarum in Evangelia scri-  
pisse fertur.

§. CXVIII.

*Palinodia Arnoldi de Bornossio Ord.*

*FF. Eremitarum S. Augustini.*

Hoc anno die septima Mensis Julii Pa- Argent. Col.  
ter Arnoldus de Bornossio ex Ordi-  
nne FF. Eremitarum S. Augustini Theo-  
logiæ Doctor ex Parisiensis Facultatis  
Theologicæ jussu quasdam revocavit  
p. 403.  
Dupin. Bibl.  
des Aut. Ecc.  
t. 12. p. 213.  
propositiones , quas in Scholis epistolam  
D. Pauli explicando protulit. Erant  
autem sequentes : I. *Videtur post contri-*  
*tionem & satisfactionem Deus a peccatori-*  
*bis nullam requirere pœnam aut satisfaç-*  
*nem, eoquod Christus sufficienter pro pecca-*  
*tis nostris satisfecisset, & debitam persolvif-*  
*set pœnam.* II. *Videtur, non fieri in di-*  
*missione culpæ mortalis commutationem pœ-*  
*nae æternæ in temporalem, sed potius ubi*  
*culpa dimititur, simul & merito passionis*  
*Christi omnis pœna tollitur.* III. *Non pro-*  
*pter*